Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1332 bis 1380

Witte, Hans

Straßburg, 1896

1366 - 1367

urn:nbn:de:bsz:31-326758

Visual Library

Daz man von dez zolles wegen, den die von Colmer von unsern burgern bi in nement, von iren burgern nemme noch alse vil, alse sie von den unsern nemment, und súllent wir daz nemmen von aller der kôfmanschaft, die sie in unserre stat kôffent oder verkôffent.

Str. St. A. Ordnungen u. Decreta tom. 30 f. 13. *Papierzettel Hs. d. 2. Hälfte des XIV. Jh.*

744. *Abt und Convent von Altdorf leihen von Rulmann Merswin 500 Mark Silber, deren Rückzahlung gleichzeitig mit der Rückgabe des Klosters zum Grünen Wörth durch Merswin erfolgen soll, jedoch nicht vor Ablauf von 30 Jahren.*

1367 Januar 2.

In dei nomine amen. Nos Fridericus abbas et conventus monasterii in Altdorf ordinis sancti Benedicti Argentinensis dyocesis ad universorum et singulorum presens scriptum intuencium noticiam cupimus pervenire, quod nos in dicto nostro monasterio in loco, in quo capittulum congregari solet, capitulariter congregati consedimus de utilitatibus ac de sublevacione necessitatum ejusdem nostri monasteri et specialiter de subscriptis sollerte cogitantes, primo cum curiam ad inhabitandum per nos et ad res et bona nostra conservanda in civitate Argentinensi non haberemus et ad excolendum bona dicti monasterii nostri, que ex gentis Anglice devastacione deserta et inculta jacebant, et res nobiles ad presens nobis non subpeterent, tandem in hoc unanimi consensu omnium nostrum resedit assensus, ut discretum virum nostrum specialem amicum Rûlmannum dictum Merswin, civem Argentinensem, de quo non modicam fidem hucusque gessimus et adhuc gerimus, accederemus ipsumque pro relevandis eisdem nostris necessitatibus rogaremus et sollicitaremus, ut certam summam argenti specialiter intuitu et pro amore dei nobis concederet et mutuaret. Qui Rûlmannus ex mera amicicia, quam erga nos habuit et adhuc habet, et specialiter ob eterni premii retribucionem nostris necessitatibus in hiis compaciendo nobis quingentas marcas argenti ponderis, signi, adustionis civitatis Argentinensis nobis mutuavit et concessit. Quas quidem quingentas marcas argenti confitemur nos ab eodem Rûlmanno plene et integraliter recepisse nobisque ponderatas et traditas esse et in nostros dictique nostri monasterii et specialiter in sublevacionem prescriptarum nostrarum necessitatum usus totaliter convertisse. Ob magnam eciam amiciciam atque fidem, quam erga nos et dictum nostrum monasterium habet, et specialiter ob amorem dei omnipotentis pro se et illis, qui presens instrumentum penes se tenuerint, voluit et in hoc expresse consensit, quod suprascriptum debitum quingentarum marcarum argenti per nos et successores nostros in dicto nostro monasterio universos nullatenus exsolvatur seu persolvi debeat nisi ad istud tempus, quo nos et successores nostros cenobium nostrum nuncupatum zû dem Grûnen Werde extra muros Argentine situm eidem Rûlmanno per nos locatum et concessum ab eodem Rûlmanno et ab hiis, qui presens instrumentum penes se tenuerint vel habuerint, rehabere et ad nos pertinere voluerimus. Prefatus eciam Rûlmannus et hii, qui presens instrumentum et cenobium predictum zûm Grûnen Werde penes se

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg